℞. *Theriac. Andromach.* unc. ij.
Extenſam ad alutam applica Abdomini in uſum eundem.

Sect. 1475.

Vid. 1426.

IN RACHITIDE.

Sect. 1489.

Cibus optimus.

1. Panis bene fermentatus, biſcoctus, cum admiſto pauco Croco, Nuce myriſtica, Cardamomo, Cinnamomo, ſemine celeri, atque ſimilibus gratiſſimis, & roborantibus, Aromatibus.

2. Caro Columbarum, Gallinaceorum, Cuniculorum, Ovilla, Hoedina, Vitulina, macilentior, leniter aſſa, minutum inciſa; dein intermiſto pane biſcocto, Sale, & pauco Petroſelini, Thymi, Nucis myriſticae, aut ſimilium, parata.

3. Oryza, Milium, Hordeum, cum Aqua, & Uvis paſſis, cocta; dein cum pauxillo Vini, & leniorum Aromatum, condita.

Potus optimus.

Vinum Gallicum maturum, rubrum, adſtringens, *ter quaterve de die ad* unc. j. *exhibitum.*

Vinum Hippocraticum *ita datum ad* unc. ß. *eodem tempore.*

Cereviſiae recentes, ut
- Mumma Brunsvicenſis.
- Ale Brittannorum.
- Cereviſia Batava, *quae* xij. *florenorum pretio venalis.*

Hisce aeſtivo tempore aequa portio Aquae ferratae medicatae *admiſceri poteſt, inprimis vero* Acidularum Spadanarum.

Pulvis aromaticus, roborans, exſiccans, pro Lectulo & Pulvinari roborante.

℞. *Folior. recent. in umbra ſiccatorum.*
Filicis maris, ℔iij.
Majoranae.
Meliſſae.
Menthae. ana m. ij.
Flor. recent. in umbra ſiccatorum.
Meliloti.
Trifolii odorati.
Sambuci.
Roſarum. ana unc. ij.

Terantur in Pulverem tenuem, miſceantur duplo tanto *Paleae Hordei*, atque dein his linteo immiſſis fiant Lectuli & Pulvinaria, quibus incumbant, quique ab humido rite defendantur, & ſaepe exſiccentur.

Similis pro ſuffimigio.

℞. *Benzoini.*
Maſtiches.
Olibani.
Succini.
Turis. ana unc. j.
M. F. Pulv.

De hoc Pulvere inſparſum parum prunae fumet, ſuper hoc fumo Panni lanei detenti, fricandis partibus adhibentur.

Hauſtus emeticus, mitior, pro Infante.

℞. *Radic. Ypecacuanhae.* ſcrup. j.
Vini albi Gallici. unc. j.
Sacchari. drach. ij.
Infuſa totam noctem, depurata exhibe mane.
Hoc repetatur quarta quaque die, in vicem quintam.

Similis purgans, & ſimul roborans.

℞. *Rhei ſelecti.* unc. ß.
Myrobalani Citrini ſine nucleis. drach. iij.
Agarici trochiſcati. ſcrup. ij.
Infundantur frigida cum *Cereviſiae fortioris* ℔iv.
Poſt xxiv. horas paratus erit potus, *quo utatur pro familiari quotidiano, ſpatio.* iv. *ſeptimanarum.*
Si vero nimis inde purgetur, aequa copia Cereviſiae alterius dilui poterit, aut etiam majore, ſi uſus indicat.

Herbae roborantes, ſiccantes, excitantes, antiſcorbuticae, Rachitidi ſanandae propriae.

Agrimonia.
Betonica.
Capparidis cortex ex radice.
Ceterach.
Cichoreum.
Cuſcuta.
Diapenſia.
Endivia.
Filix mas.
Hepatica.
Lingua cervina.
Meliſſa.
Myrobalani pruna.
Osmunda Regalis.
Polypodium.
Quercus folia, glandesque.
Rhabarbarum.
Rubi folia & radix.
Ruta muraria.
Scabioſa.
Tamariſci cortex, flores, folia.
Trichomanes.
Veronica.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145745-p0291-9

Ex his *Cereviſiae*, *Vina*, *Infuſa*, medicata parari queunt, maximo cum fructu, aut & *Condita*, & ſimilia componi ex gr.

Cereviſia medicata excitans, roborans, ſiccans.

℞. *Agrimoniae.*
Ceterach.
Filicis radic.
Linguae Cervinae.
Polypodii radic.
Rutae murariae. ana unc. ij.

Minutim ſciſſa, miſta, linteo immiſſa, infundantur frigida, cum ℔xij *Cereviſiae.* *Utatur pro potu communi.*

Vel Vinum ex ſimilibus.

℞. *Folior. & Flor. Betonicae.* unc. iij.
Cortic. radic. Capparidis.
Tamariſci.
Rubi ſylveſtris.
Trichomanis. ana unc. ij.
Limaturae Martis. unc. ß.

Cum *Vini* ℔viij. in frigore infuſa adhibeantur, *ter de die*, *ad* unc. j.

℞. *Entis veneris Boylei.* gr. ij.
Exhibe veſperi, ex Vino Canarienſi, quotidie, ſpatio iij. *ſeptimanarum.*

Tinctura martialis, roborans.

℞. *Limatura Martis.* unc. j.
Aceti ſtillatit acerrimi. unc. x.
Sacchari unc. iij.
In phiala alta ebulliant leniter ſpatio xxvj. horarum; filtratus liquor ſervetur vaſe clauſo.
Dentur gutt. vj. *bis quotidie, horis medicis, ex pauxillo Vini Hiſpanici.*

FINIS.